



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lerna Malorum Omnium; Sive Gravitas, Et Damna Peccati Mortalis

Arias, Francisco

Monachii, 1648

Cap. XXXIX. Per peccatum mortale finiri numerum peccatorum mortalium,
quæ Deus in peccatore tolerare constituit, nec non tempus, quo idem
Deus illum expectare decreuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46756)

miserijs, & qui onerati estis vitijs, ac peccatis, quæ sunt intolerabile onus; nam ego vos labore leuabo, dando vobis in eo consolationem, & fortitudinem, ac virtutem, vt multà cum suavitate, meritoque ipsum perferre possitis, & peccatorum pondere exonerabo vos, eorundem veniam, iustificationis gratiam, gaudium, pacem, lætitiàmque spiritualem vobis concedendo.

Per peccatum mortale finiri numerum mortalium peccatorum, quæ Deus in peccatore tolerare constituit, nec non tempus, quo idem Deus illum expectare decrevit.

CAP. XXXIX.

OMnes res, quæ fuerunt, sunt, & erunt in hoc mundo, cadunt sub diuinam prouidentiam, easque omnes Deus videt, præsentem habet, & disponit, atque in suos fines ordinat: Res, quæ bonæ sunt, quæque aliquod esse, & substantiam habent, non solum videt,

det, & ordinat, sed eas etiam facit, & operatur: quæ malæ sunt, vt peccata, quoad partem formalem, quæ est defectus bonitatis in ipsis, licet ea non faciat, nec illorum causa sit, tamen ea permittit, & ordinat ad aliquos bonos fines, quos inde elicit, quapropter illa permittit; atque hæc permissio peccatorum, ordoque eorum ad bonos fines cadunt sub prouidentiam, ac dispositionem diuinam. Neque solum Deus res generatim videt, & ordinat, sed etiam speciatim ordinat naturam, virtutem, numerum, durationem, & tempus, quod vnaquæque res habitura est, & inclinationes, fines, & effectus, ad quos ordinatur. Hanc veritatem tradit sacra Scriptura, & Sanctorum doctrina, a eaque Sapiens significat, ad Deum dicens: *b Omnia in mensura, &*

numero,

a D. Aug. l. 1. de ciu. Dei, c. 9. & 11. l. 5. aduersus Iulian. & epist. 48. ad Vincentium, D. Th. opusc. de prescient. c. 4. Bellarm. tom. 3. a. 3. de statu peccati, l. 2. c. 11. 33. & 14.

b Sap. 11. 21.

*numero, & pondere disposuisti, ordinasti-
que; hoc est, omnibus dedisti esse, na-
turam, virtutem limitatam, & partes,
quas habere debebant: omnium ordi-
nasti numerum, in quo creanda, gene-
randa, conseruandaque erant; inclina-
tiones, & fines, quos erant habitura, &
effectus, quos operatura erant, omnia
tuâ infinitâ sapientiâ, potentiâq; men-
sus es, numerasti, & appendisti. Hinc
sequitur, Deum tenere præfixum tem-
pus cuius homini, quo is in terrâ vi-
uet, & dies, & horas, & momenta vitæ
eius. Et harum horarum, momento-
rumque à diuinâ, prouidentiâ præfi-
xorum nec vnum homo præterire po-
test. Adeoque cum illorum finis ad-
uēnit, mori ille huic vitæ, & res eius
temporales finem accipere debent.
Hinc quoque sequitur, Deum habere
numerata peccata, quæ cuilibet homi-
ni permissurus, ac toleraturus est, &
quando ad illum numerum à diuinâ
prouidentiâ determinatum peruene-
rit, nec vnum quidem amplius ei per-
missu.*

missurum, nec toleraturum, sed statim completo illo numero vitam eius finem habituram. Ex quo sequitur, Deum numerasse, ac præfixisse tempus, quo illum ad poenitentiam expectaturus est, & nisi intra hoc tempus se conuertat, nullum aliud amplius ei daturum, sed facturum, vt sine poenitentia moriatur. Hac supposita veritate, dicimus, hunc ex effectibus peccati mortalis vnum esse, finire, & implere illum peccatorum numerum, quem Deus decreuit homini permittere, ac tolerare. Et si adueniente hoc ultimo peccato, homo de eo poenitentiam non agat, mox illo momento moritur infelix in peccato mortali, atque damnatur, quia Deus decreuerat ei non permittere, nec tolerare plura peccata; itaque exequetur. Et eodem modo, finito tempore, ac termino vite, ad quem decreuit Deus illum expectare, vt emendet se, poenitentiamque agat, si intra dictum tempus id non faciat, non expectat eum momento amplius, sed finito

nito
ius
Scri
per
runt
relis
inob
eoru
puli
dem
peru
rant
cupa
pre
Vsq
riam
Quo
cum
Dim
secu
rue,
Res
illis
sent
cisse
a

nito illo sine pœnitentiâ moritur. Huius veritatis multa testimonia in sacrâ Scripturâ habemus. Dum filij Israël per desertum proficiscerentur, peccârunt aliquoties contra Dominum querelis, murmurationibus, diffidentijs, & inobedientijs; ac tametsi Deus aliquos eorum puniuit, tamen multis alijs, populique multitudini pepercit. Vt tandem in conspectum terræ promissionis peruenerunt, iterû peccârunt murmurantes, inobedientes, nec volentes occupare terram promissionis, sicut Deus præceperat: & tunc idem Deus dixit: *Usquequò detrahet mihi populus iste? Feriam eos pestilentia, atque consumam.* Quo audito Moyses vênit ad Deum, & cum magnâ charitate orauit dicens: *Dimitte, Domine, peccatum populi huius secundum magnitudinem misericordie tue, sicut eis huc usque propitius fuisti.* Responditque Dominus, se omnibus illis, qui adulti de Ægypto egressi essent, vidissentque mirabilia, quæ fecisset, qui erant sexcenta millia hominum,

a Num. 14. 11.

NUM,

num, non dimissurum, sed deleturum eos in deserto; itaque reipsa fecit, assignans eius hanc rationem: *Tentauerunt me iam per decem vices*. Numerata habebat eorum peccata; & cum ad numerum, quo vsque tolerare, & expectare decreuerat, peruenissent, capit quamprimùm eos delere. Et quod de poenâ temporalis mortis dixit, etiam de poenâ mortis æternæ respectu illorum, qui non egerunt poenitentiam, intellexit. Reuelauit Deus Abrahamo, se populo Israël, qui ex ipso descensurus esset, daturum terram promissionis, tollendo eam Chananæis, Amorrhæis, ceterisque nationibus, quæ illam possidebant, & occidendo ipsos in suâ infidelitate. At cur, Domine, eos non iam occidis, & statim terram illis auferas? Respondit ad hoc Dominus: *a Generatione quartâ reuertentur tui posterii ex Ægypto, daboque eis terram; necdum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Annuerauerat peccata Amorrhæorum, cetera.*

a Gen. 15. 16.

terarumq; illius terræ nationum, quæ
erat toleraturus; & cum ad præfixum
illum numerum peruenissent, immisit
eis mortem, & quos in peccatis suis
deprehendit, his æternam damnatio-
nem inflixit. Atque ita declarans S.
Augustinus hæc verba, *a quo inquit,*
exemplo manifestissime instruumur, & do-
semur, singulos secundum peccatorum suo-
rum plenitudinem consummari, & tam-
diu, ut conuertantur, sustineri, quamdiu
cumulum suorum non habuerint delicto-
rum consummatum.

Aliud evidens huius veritatis testi-
monium est, quod Deus Amalecitis fe-
cit. Peccârunt hi contra Deum præ-
fertim persequendo filios Israël, eis-
que in viâ, cum terram promissionis
peterent, resistendo; & præcepit Do-
minus Sauli, ut iret contra illos, eosque
percuteret, ac destrueret, nec vlli par-
ceret, sed vniuersos viros, mulieres,
paruulos atq; lactentes, *b* ipsa ad eò iu-
men-

a D. Aug. tom. 9. de vitâ Christ. cap. 4.

b 1. Reg. 15. 3.

menta interficeret. Innuensque Deus per Samuelem huius pœnæ causam dixit: *Recensui quaecunque mala fecit Amalec Israël.* Cur, Domine, illos non antè occidit? Quia non erant completa omnia peccata, quæ secundum misericordiam meam in eis tolerare decreueram. Et quare illos iam in ipsorum impietate occidit? Quia iam impletus est peccatorum numerus, ad quem usque illos expectaturus eram; eaque probè numerata teneo. Id ipsum fecit Deus Scribis, & Pharisæis, ceterisque Israëlitis, qui fuerunt tempore Euangelij, suorumque maiorum Prophetas persequentium iniquitatem imitati sunt, quibus dixit Christus: *Implete mensuram patrum vestrorum.* Tanquam si diceret: Cumulate vestris peccatis peccata maiorum vestrorum, & peruenite ad mensuram, quam diuinum iudicium expectat, ut suo puniendi officio fungatur; subitò enim ira de cælo in vos effundetur, eaque edet

exem-

a *Matth. 23. 32.*

exempla, quæ nunquam visa sunt. Hoc Deus fecit istis operarijs iniquitatis, expectans eos, donec suorum peccatorum numerum, ac mensuram imple- rent, ijsque statim temporalem, & æ- ternam mortem immittens. Voluitque in sacrâ scripturâ manifestari hoc ar- canum, quid de illis statuerit, vt scire- mus eum idipsum de cunctis ceteris peccatoribus statuere. Et est valdè no- tandum, tametsi hic numerus pecca- torum, quæ Deus tolerat, expectatq; , dum iustitiæ suæ pœnam exequatur, non est in omnibus æqualis, quia in quibusdam plura tolerat peccata, eos- que diutiùs, quàm alios, expectat, se- cundùm diuinæ prouidentia suæ or- dinem; tamen certum esse, quò plura tolerat peccata, quò magis expectat, pœnamque differt, hòc ampliùs iram Dei contra obstinatos peccatores cre- scere, & tandem maiorem pœnam esse. Aqua, quæ intra aggerem aliquem, seu vallum colligitur, quò magis cohibe- tur, maioreque quantitate corriuatur

hòc maiore impetu prorumpit: & fortis arcus quò plùs flectitur, hòc fortio rem ictum edit. Sic ira cali quò diutius contra peccatores in impietate, perseverantes cohibetur, atque differitur, hòc maior, pœnaque grauior est. Ita S. Gregorius aduertit, dicens: *a* **Quia omnipotens Deus pro suâ misericordiâ peccatori ad pœnitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad usum suæ iniquitatis intorquet, iusto eiusdem Dei iudicio augeri culpa permittitur, ut ad feriendum alius quandoque cumuletur.** & ira, ac pœna ipsius contra peccatorem maior sit, tantoque ampliùs diuina eius iustitia, dum illum punit, in ipso resplendeat, quanto maior fuit misericordia, dum eum expectauit. *b* Et S. Chrysostomus post recensita impij Imperatoris Iuliani delicta, quemadmodum scilicet templum Hierosolymitanum per Iudæos instaurare voluerit, & ignis è

a D. Greg. l. 15. Mor. c. 12. *b* D. Chr. de S. Babyl. contra gentes.

fundamentis exiliens, quæ ædificata erant, absumpserit, quo item modo templum Apollinis per Gentiles restituere tētārit, & ignis de cælis lapsus templum exusserit; quærit, cur Deus tunc non etiam Imperatorem ipsum, qui hæc delicta commisit, igne consumpserit? respondetque, Deum id fecisse, quia statuerit ei plus temporis, & longius vitæ spacium, quo poenitentiam ageret, dare, atque ita elapso hoc tempore, cū miser in bello, quod cum Persis gerebat, esset, ab incognito quodam milite in peccatis suis interfectum esse, quæ ad æternos ipsum ignes deduxerint. Et quorsum Deus illum expectavit? Ad hoc respondet Sæctus: Vt poena grauior esset. *Talis est enim Dei lenitas, ut qui eadem non rectè vivunt, eos grauiore poenâ afficiat, quæ quemadmodum resipiscantibus utilis, ita obstinatis ac pernicacibus maioris supplicij occasio esse solet.*

Hic tam tremendus peccati mortalis effectus, quod implet numerum.

peccatorum, quæ Deus toleraturus est, & mensuram, *taxamq;* temporis, quo expectaturus est, unde si peccator ad numerum, ac tempus præfixum sine actâ pœnitentiâ peruenerit, Deus ipsû in mortali peccato vitâ priuabit; magnum nobis peccati, quod talem effectum habet, timorem incutere debet, nosq; vehementer obligat ad agendam statim absque morâ aliquam de peccatis præteritis pœnitentiam, & ad concipiendum cum magnâ animi fortitudine firmum propositum, nunquâ amplius ob quamcumque rem huius mundi in peccatum mortale consentiendi. Nescit enim homo, an primum, quod committet, mortale peccatum, illud sit, quod absoluet numerum, & implebit mensuram suorum peccatorum, ita vt Deus ipsum in eo occidat, nec amplius toleret. Neque scit, an momentum vitæ, in quo nunc est, vltimum sit, quo Deus ipsum expectare decreuit, ita vt nisi in eo pœnitentiam agat, non sit amplius ipsum expectaturus,

turus, sed statim vitæ eius impositurus
finem, ipsumque impœnitentem ad
infernus deturbaturus. Proh! Sancte
Deus! si peccator oculos ad confide-
randa hæc Domini secreta aperiret,
quàm sibi omnes iniquitatis portas
occlusas cerneret, neq; vllum ad pec-
candum exitum inueniret! Nam si per
hanc portam exire vellet, quòd magna
sit Dei misericordia ad tolerandos,
expectandosque peccatores; ecce clau-
sam hanc portam, quia eadem infinita
Dei misericordia habet numerata pec-
cata, quæ tolerabit, expectabitque; &
si peccator cogitaret hunc numerum
transilire, diuina iustitia occidet eum
in peccato, condemnabitque. Quòd si
per hanc aliam portam exire vellet,
dicendo, in quocunque tempore pec-
cator se conuertat, Deum ipsi igno-
scere, eumque in gratiam suam reci-
pere; ecce hanc alteram quoque por-
tam clausam; licet enim hoc ita sit, ve-
rum tamen etiam est, Deum habere
taxatum, limitatumque tempus, in quo
V 4 ille

ille se potest conuertere, & quousque
 ipse eum expectabit, ac nisi intra hoc
 tempus se ille conuertat, non ipsi am-
 pliùs tempus dabit, nec eum diutiùs
 expectabit, sed faciet ipsum peccato
 mortali, in quo eum deprehendet, im-
 mori, tormentisq̄ æternis subijciet.
 Atque hæc causa est, cur innumeri
 peccatores, integri, & valentes, in ex-
 tremâ ætate, & in feruore peccatorum
 suorum, repentiè moriuntur siue mor-
 bis, siue ruinis, siue hostium manibus,
 siue alijs infelicibus casibus, nullâ suo-
 rum peccatorum pœnitentiâ præmis-
 sâ; quia impleuerunt numerum pecca-
 torum, & tempus præfinitum, quous-
 que Deus illos expectaturus erat; &
 quia sibi non prouiderunt de pœni-
 tentiâ, quando illam agere poterant,
 & Deus inspirabat, monebatq̄ ipsos,
 vt eam agerent, concludit cum eis, oc-
 cidens ipsos in peccatis, & exequens
 contra eos iram, pœnamq̄ æternam
 suæ diuinæ iustitiæ; & relinquens alijs
 exemplum, ac documentum, vt in eo-
 rum

rum personam terrefiant, poenitentiam cito agant, & ab omni malitia abstinuant; quemadmodum Sapiens nos admonet, dicens: *a Ne sequaris concupiscentiam malam cordis tui, confidens in sanitate & fortitudine tua; quamvis enim Deus nunc dissimulet, tamen iniuriam, quam ei facis, vindicans vindicabit. Ne dixeris, peccaui; & quid mihi in peccatorum meorum poenam accidit triste? Altissimus enim Deus, licet ad aliquod tempus cum longanimitate toleret, & expectet, non te impunitum dimittet, cum ita ad tolerandum sit patiens, ut etiam ad puniendum sit iustus.*

Peccatum mortale auferre orationi valorem, & efficaciam, quam habet, ad dona, misericordiasq; à Deo impetrandas.

C A P. X L.

Ingens hominibus ratione praeditis incumbit necessitas orandi; primùm, quia

a Ecclic. 5. 2.